



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesię: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

26. Evsebivs Ibidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

**Q**ui plures sunt, nominibus discernuntur, qui vnus est, non indiget nomine.

*Quod Deus occultus nomen, quasitus, haberet*

*Attalus, hæc retulit verba notanda pijs:*

*Qui numero existunt plures, hi nomine distant,*

*Qui Deus est vnus, nomine quippe caret.*

## 26. EVSEBIVS IBIDEM.

**M**aior inest virtus cruciatis, quàm cruciantibus.

*Hæc de Martyribus sanctis Decioq<sup>3</sup> tyranno,*

*Eusebius docto protulit ore pius:*

*Maior inest virtus cruciatis, gloria maior,* ..

*Quàm trepidis, alios qui cruciare solent.* ..

*Sic ouat in prunis martyr Laurentius vstus,*

*Inter ouans Stephanus verbera dura fuit.*

*Ast Decium torquet mentis formido malignæ,*

*Et cæco quatitur verbere sæua cohors.*

EX EODEM CAPITE 4. LO-  
quens de Irenæo Presbytero.

**S**cimus quòd solus officij gradus non facit aliquem iustum, sed vitæ meritum.

*Non gradus officij reddit, non gloria, iustum,* ..

*Sed meritum vitæ, iustitiæq<sup>2</sup> decus.* ..

*Eusebius dixit, monstrans quis munere dignus,  
Præfulis est sancti presbyteriq; p̄ij.*

27. CAPITE 16. APOLLINARIS  
de Marcionistis, qui præter cæteros er-  
rores. duos deos finxerunt, alte-  
rum autorem mali, alte-  
rum autorem boni.

**Q**Uæ potest esse apud eos martyrij veri-  
tas, vbi Christi veritas non est?

„ *Gloria martyrij nulla est, sed demonis astus,*  
„ *Verbi vbi defuerit gloria vera Dei.*  
*Marcio, sic falsa impugnant tua dogmata Christi*  
*Verbum, quæ paucus sic memorare libet:*  
*Principia asseruit vanus duo Marcio rerum,*  
*Aeternos pariter, numina vana, Deos.*  
*Alter, ait, Deus est spaciosi conditor orbis,*  
*Causa mali, legem qui dedit ipse malus.*  
*Alter is est, nobis Gnatum qui misit in orbem,*  
*Qui Deus in Gnato sustulit omne nefas.*  
*Quosq; Deus sanxit thalamos damnauit honestos,*  
*Stuprator patriæ virginis ipse suæ.*

28. IRENAEVS EPISCOPVS  
Lugdunensis Gallia.

**H**AEC quæ à pueris discimus, cum ipsa  
anima coalescunt, & inhærent ei. Ita  
multò